

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

XXV. De his quæ inter se fornicantur; & de his quæ semen virorum
suorum pro libidine cibo vel potui miscent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

promissionis fidem frangere sunt conatae? "

De his quæ inter se fornicantur; & de his quæ semen virorum suorum, pro libidine, cibo vel potu miscent.

C A P. XXV.

De feminis quæ inter se fornicantur in An-

Regino lib. 2.
c. 363.

cyrano Concilio scriptum est: Si mulier cum muliere fornicata fuerit, annos tres pœniteat.

Ivo parto
9. c. 87.

Item: Si mulier more fornicationis ad alteram conjunxerit, tres annos sicut fornicator pœniteat. Sic & illa quæ semen viri sui in cibo miscens, ut inde plus ejus amorem accipiat, pœniteat. Mulier sola, si cum seipsa coitum habeat, tres annos pœniteat.

"

De his qui se gentilibus vel Iudeis junxerunt.

C A P. XXVI.

Item de his quæ se gentilibus vel Iudeis junxerunt in Concilio Arelatensi scriptum est: Puellæ fideles, quæ gentilibus junguntur, placent ut aliquanto tempore à communione separantur.

Item in Concilio Elibertino cap. LXXVIII. de fidelibus conjugatis, si cum Iudea vel gentili mœchaverint, scriptum: Si quis fidelis habens uxorem cum Iudea vel gentili fuerit mœchatus, à communione arceatur. Quod si alius eum duxerit, post quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit dominicæ communioni sociari.

Regino lib.
2. c. 141.